



Eminentissimi Ac Reverendissimi Domini, D. Joannis Baptistæ, Cardinalis De Luca, Theatrum Veritatis Et Justitiæ, Sive Decisivi Discursus

Ad Veritatem Editi In Forensibus Controversiis, Canonicis & Civilibus, in quibus in Urbe Advocatus, pro una partium scripsit, vel Consultus respondit ; Cum Indicibus Argumentorum, Causarum ac Rerum luculentissimis. Opus Tam Judicibus, Quam Causarum Patronis, atque omnibus in utroque Foro ...

De Fideicommissis, Primogenitvris, Et Majoratibvs

Luca, Giovanni Battista de

Coloniae Agrippinae, 1690

Disc. CX. Romana legatorum. An ad effectum caducationis, seu juris accrescendi vel non decrescendi, substitutio reguletur jure institutionis, vel primæ dispositionis, ita ut non data substitutione ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74060](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-74060)

dem verbo recta esset, quoniam id non implicat eum tunc illud unicum verbum reduplicandum veniat, perinde ac si in utraque repetitum esset, utin prima decisione deducitur; Et sic quoad favorem istius Societatis cedentis duplex substitutio concepta esset, Unam in casu quo Octavio non acceptante, acceptaret Societas Trinitatis, cui hæc alia Societas substituta sit sub conditione mortis ejusdem Octavii; Et alteram compendiosam continentem fideicommissariam, factam ipsi Octavio acceptanti ac postea morienti.

Pro dependentia autem, ego e contra considerabam, quod hæc secunda substitutio concepta esset per dictionem copulativam cum prima, & tanquam per speciem continuationis ejusdem sermonis, non obstante præterita perfectione utriusque orationis, quoniam non implicat duas orationes esse perfectas, etiam cum propriis ac distinctis verbis, à quibus regantur, & tamen implicare continuationem ejusdem dispositionis ex deductis per *Mantic. de conjectur. lib. 10. tit. 6. num. 47. latè Oddo cons. 95. n. 85. cum sequen. Rota dec. 143. num. 8. par. 1. ra. & dec. 33. num. 7. & sequen. par. 7. cum aliis in secunda decisione.*

Ista generalia mihi non satisfaciebant unde quando alia specialia non concurrerent, dubitarem potius de iuribus istius partis; Licet enim, ut firmatur in ultima decisione 14. Decembris 1657. ex auctoritate *Mantic. de conjectur. lib. 6. tit. 3. num. 41. Rota dec. 313. par. 1. divers. ac aliorum, favor piæ causæ sit solum operativus quoad solemnitates, ac alia à iuris positivi rigore & subtilitate resultantia, non autem quoad ea quæ sunt voluntatis, quàm non supplet, quoniam dedecet Ecclesiam, quæ est justitiae ac æquitatis mater & cultrix, querere aliena iura domini voluntatem, ut advertitur *disc. præced. & sæpius sub tit. de testamentis* super puncto substituendi testamenta imperfecta, distinguendo inter imperfectionem solemnitatis, ac illam voluntatis; Attamen id rectè procedit, ubi certum est voluntatem non suffragari, secus autem ubi hæc est dubia ita ut questio restringatur ad interpretationem, cum tunc rectè procedant firmata in prima hujus causæ decisione ex auctoritate *Tiraquell. de privil. pia causa cap. 26. Duran. dec. 262. num. 2. Otthob. dec. 113. num. 23. cum sequen. & communiter, ut piæ causæ favor in hoc consistat, quod recipiat latam ac benignam interpretationem, per quam eligatur tutior via, qua mediante consulari suffragio animæ testatoris, ejusque voluntas adimpleatur, Et ideo cum ageretur de causa pia, neque dubitari posset esse nimis dubium, an substitutio esset juxta unam, vel alteram naturam, satis dubitari posset, quod interpretatio capienda esset prout favorabilis esset piæ causæ.**

Credebam tamen, etiam pro veritate, hanc secundam resolutionem ad favorem hæredis, atque pro bonorum libertate substineri ex illa particulari facti circumstantia, quod testatrix in casu quo Octavio hereditatem acceptare veller, de pecuniis aliisque bonis, exceptis locis montium (quorum exceptio firmabat regulam in contrarium) esset liber dominus, quod excluderat dictam fideicommissariam, quoniam servitus & libertas dicuntur contradictoria, atque invicem incompatibilia; Unde cum fideicommissum dicatur servitus, dici non potest, quod illud in junctum esset ei, cui testatrix expressè dedit libertatem ex deductis per *Surd. cons. 143. num. 23. cum sequen. & decis. 272. nu. 13.*

Cardiu. Luca de fideicom.

cum sequen. Fusar. q. 546. num. 3. Rota in Romana cens. 14. Junij 1653. Bichio, & in aliis; Potissimè, ut dictum est, stante dicta exceptione seu discretiva, quod scilicet quando eundem Octavium gravare voluit, id fecit ac expressit, ut dignoscebatur in locis montium; Et sic videbatur quod voluntas hujus testatrix esset, ut Octavio acceptante, aliud non adesset substitutionis onus, nisi illud in locis montium, in reliquis autem remaneret liber dominus; Illo autem non acceptante, tunc substitutio ordinata esset ad favorem duorum locorum priorum per prius & per posterius; Primum scilicet ad tempus vitæ dicti Octavii ad favorem Societatis Trinitatis cum onere missarum, & deinde in perpetuum ad favorem alterius Societatis cum diverso onere dotationis puellarum, sed utraque sub eadem conditione non acceptationis dicti hæredis.

Et quamvis in prima hujus causæ decisione ponderetur, quod verba libertatem denotantia non implicent, sed compatibilia sint cum fideicommissio, utpotè referibilia ad libertatem capiendi possessionem propria auctoritate, ac absque necessitate obtinendi ab hærede restitutionem realem vel verbalem de jure requisitam, ut in specie advertitur *apud Buratt. dec. 168. num. 23. cum seq. & dec. 346. num. 25. par. 3. recent. Attamen motivum non intrabat ex defectu applicationis, cum dictæ auctoritates procedant, quando verbum libertatis significativum conceptum est per adverbium, quo casu rectè admittit dictam interpretationem, quia nempe dictum sit, quod bona libere vadant &c. Secus autem ubi libertas adjecta est ipsi dominio, cum tunc dictam interpretationem sine dubio recipere non videatur, atque hæc videbatur veritas.]*

ROMANA LEGATORUM

PRO

IOACHINO ROTA

CV M

ECCLESIA DE ARA COELI.

*Causa disputatus coram A. C. & resolutus
pro Ecclesia.*

An ad effectum caducationis seu juris accrescendi vel non decrescendi, substitutio reguletur jure institutionis, vel primæ dispositionis, ita ut non data substitutione universali, vel ea data & caducata, substitutio particularis in usufructu vel alia re particulari efficiatur universalis, eo modo, quo de prima institutione sequitur: Et incidenter, An institutus hæres in usufructu post ejus mortem

Z 3

mortem

mortem alter sit vocatus ad proprietatem, dicatur hæres pleno jure, ita ut vocatus post ejus mortem censatur substitutus tam ad effectum caducationis quàm detractionum & alios, Vel potius habeatur jure legatarii, alter autem censatur hæres directus ab initio.

S Y M M A R I U M.

- 1 **F**Acti series.
- 2 **I**nstitutus in usufructu non dato alio hærede in proprietate remanet hæres in totum.
- 3 **Q**uid de substituto in usufructu, si datus non est alter substitutus in proprietate.
- 4 **D**e differentia inter casum de quo nu. 2. & alterum de quo num. 3.
- 5 **A**n substitutio in usufructu referenda sit ad causalem implicantem etiam proprietatem.
- 6 **T**estatores sæpe omittere solent ea quæ jam cogitaverant & decreverant.
- 7 **D**e questione, an institutus in usufructu, post cujus mortem alter sit vocatus ad proprietatem dicatur interim hæres pleno jure, alter vero sit substitutus vel potius iste sit hæres directus à principio ad plures effectus.

D I S C. C X.

- I**oannes Dominicus de Schols hæredem instituit Hortensiam matrem, cui quodcumque mortuati substituit in usufructu Ioannam & Martam sorores, nullo dato substituto in proprietate; Cum autem dicta Hortensia institutis præfatis Ioanna & Marta ejus filias, quædam legata fecisset, præsertim ad favorem Ecclesiæ nuncupatæ de Araceli, ad quorum solutionem pulsatus Ioachinus dictarum mulierum cessionarius vel successor coram A. C., illam negabat ex eo fundamento, quod cum omnia bona in dicta Hortensia hæreditate remanere provenirent à præfato Ioanne Dominico, idcirco spectabant ad dictas Ioannam & Martam sorores jure proprio in vim dictæ substitutionis, dum in factis supponebatur legitimam matri competentem esse jam consumptam, cum dicta substitutio concepta esset in solo usufructu, nullo alio dato substituto in proprietate; Hinc proinde, quemadmodum in prima institutione habemus in jure receptum, ut institutus in solo usufructu, non dato alio hærede in proprietate, vel data institutione sed caducata, ille remaneat hæres in totum, ac pleno jure ad *text. in l. 1. §. si in fundo ff. de hered. instituen.*, & firmant scribentes collecti per Bellon. jun. de iur. accresc. cap. 7. qu. 10. nu. 20. Rovit. dec. 26. nu. 5. & dec. 43. n. 12. Et conferrunt in idem ea quæ de instituto in re particulari, ut remaneat hæres universalis, isto non dato vel caducato, habentur supra in Romana restitutionis dotis *disc. præced.*, Ità dicendum sit in substitutione.

- Et in hoc scribens pro reo convento, tanquam Advocatus adducebam specialem auctoritatem Menoch. conf. 637. num. 1. cum sequen., ubi agendo in specie de substitutione idem firmat, ex eisdem rationibus quibus dicta præcedens conclusio innitur, ità supponendo eandem rationem seu proportionem; Cumque in contrarium nulla allegaretur auctoritas specialis, hinc exaggerabam propositionem per ora pragmaticorum quotidie volitantem, quod

doctrina specialis, non docto de contrariis judicando habenda est pro casu legis, neque rigisset causam tractari coram aliquo ex his spernentes ratiocinia, immorantur in sola dictione qualis qualis sit, inspiciendo. An ille Doctor vel non dicat, non autem an bene vel male, reflectendo præsertim ad eam qualitatem, utitur in Consiliis ad causæ opportunitatem, præsertim pro hac parte judicatum fuisse; Verum hæc dicitur dedit iudicem esse ingeniosum, ac præsertim potius cum rationibus & principijs juris, ut magis gloriaretur auctoritatem, utpote male fundatam doctrinam venalem; Et reflectendo ad recte laudavi iudicium, utpote juxta meum sententiam juxta consuetudinem sincere inimitabilem, qui aliquam habens peritiam in legalibus omnino voluit eam deduci.

Clarum siquidem videtur æquivocum terminos primæ institutionis, substitutionis seu fideicommissariæ ob magnam diversitatem nem militentem inter unum casum & alterum primo enim ideò institutus in usufructu vel particulari, non dato, vel caducata institutione generali, ex beneficio juris accrescendi vel non accrescendi, seu aliâ ex legis dispositione pro reclamando stinendo, efficitur hæres in totum, qui in eadem dispositio non debet diverso jure cessitius verò ad evitandum absurdum, ut quis de pro parte testatus, & pro parte intestatus, qui pagano implicat. Hæc autem ratio non in institutione obliqua seu fideicommissariâ, præsertim primam institutionem jam effectum habente quoniam nil prohibet legatorum vel institutorum particulari aliâ legatum transmittenti ad eundem extraneum dari particularem substitutionem quamvis hæredi universali nullus substitutus, dum hæreditas transmittitur ad ipsius hæredem de etiam jure testati, & non intrat dictum *Menoch.* id assereret, motus ex conclusionem casu veris, sed non bene applicabilibus ad casum nisi eum excusaret consuetudo Consulentium tium necessitatem respondendi pro cliente ad opportunitatem; Ideoque magis ac magis mirum, quàm circumspicere procedendum in iudicando Consulentium auctoritati.

Aliquam majorem probabilitatem, si veritatis apparentiam habere videbatur aliter verum, quod pariter tanquam Advocatus in causa deducebam, ut scilicet hæc substitutio legatorem ad favorem ejus sororum post mortem matris, quamvis ita in verbis concepta esset usufructu, intelligenda esset etiam de proprietate verbum, usufructus, duplicem habeat significationem, formalis scilicet importantis simpliciter tatem pro sola perceptione fructuum ab eadem participatione proprietatis, quæ pensæ aliter supponenda est, & casualis involvens etiam proprietatem, quàm in jure novum non est substitutus legato vel alia dispositione quoque *text. in l. Proculus ff. de usufructu cum ceteris.* antiquioribus relatis deducuntur per Menoch. præsumpt. 133. Bellon. jun. de iur. accresc. cap. 7. num. 379. & sequen. Castill. de usufructu cap. 20. decis. 24. & 45. & habetur pluries deducitur de servit. ad hanc materiam usufructus.

Quodque talis esset verisimilis restitutorum deducebam, ex eo quod improbabile esse torem cogitantem de superexistenti germanorum sororum matri, ac de existentia bovacum.

ROMANA IVRIS ACCRESCENDI

PRO

MONASTERIO S. ANNÆ

CVM

ECCLESIA S. MARIÆ
DE MONTIBVS.*Responsum pro veritate.*

De iure accrescendi quando intret inter substitutos, & ad eorum favorem, vel potius portio defecta cedat commodo hæredis gravati.

Et quando plures in eadem dispositione gravati dicantur, conjuncti re vel verbis; Et quando substitutiones dicantur particulares, vel universales.

SVMMARYM.

- 1 *Facti series.*
- 2 *De iure accrescendi, an detur ad favorem substituti in re particulari.*
- 3 *De conjunctione reali seu verbali.*
- 4 *Postea disjunctione cessat jus accrescendi.*
- 5 *De ratione in qua fundatur jus accrescendi.*

DISC. CXI.

Testatrix post mortem utriusque filii sine filiis, ac ejus viri, voluit Ecclesiam S. Mariæ Montium succedere in scutis bis mille, in reliquis vero bis mille perficentibus scuta 4. m. in quibus ejus dos consistebat, aliisque bonis succedere voluit quemdam ejus fratrem; Cumque frater substitutus dictis filiis gravatis prædecessisset, atque ex persona unius ex filiis successisset Monasterium S. Annæ; Hinc orta est quaestio inter dictum Monasterium representans personam hæredis gravati, & dictam Ecclesiam substitutam in scutis 2. m. An dicta reliqua scuta 2. m. & alia bona per mortem dicti substituti defecta, accrescerent dictæ Ecclesiae substituta, vel potius remaneret penes hæredem gravatum; Cumque amicabiliter, ac absque lite per utramque partem veritas exquireretur, pro eadem veritate ex parte Monasterii consultus Responsum

Quaestionem in puncto poni per Ripam in l. re. coniumcti num. 72. ff. de legat. 3. ubi testatur ex multorum consilio. pro hærede gravato contra substitutum fuisse decisum per Rotam Romanam coram Bassignano, Et Ripam sequuntur Peregr. de fideic. art. 9. num. 5. Bellon. de jur. accrescen. cap. 5. quest. 43. n. 34. & cap. 7. quest. 15. num. 18. per quos reprobantur las. conf. 72. lib. 3. & alii contrarium sentientes; Ultra quod, ut bene advertit Bellon. dicta quest. 15. num. 18. non potest dici, quod las. sit contrarius, quia

rum voluit sorores esse usufructuarias, voluisset ejus bona potius transire debere ad extraneos, in quos ipsa mater disposeret, quam ad proprias sorores, ita forte in solo usufructu substitutas, eo quia animum haberet eisdem post mortem alium dare substitutum, quem postea omisit. cum sapè testatores mortis cogitatione turbati, sive à morbo afflicti, omnino tere soleant ea quæ cogitaverant, ac decreverant ad ext. in l. Titius Lucius ff. de liber. & posthum. ubi scribentes. & l. mulier ff. ad trebell. cum concord. per Mantua. de conjectur. lib. 3. tit. 19. nu. 8. cum sequen. Esur. quaest. 284. num. 4. & habetur particulariter actum infra in Tuderina fideicommissi de Accusis disc. 115. 3. Verùm quamvis inspecto solo sensu naturali id aliquam haberet probabilitatem, Attamen cum aliæ non concurrerent conjecturæ vel adminicula, ista sola non videbatur ad id sufficiens, ideoque mihi quamvis succumbenti, visum est justè illam fuisse rejectam.

Occasione autem hujus disputationis, actum etiã fuit de articulo, An institutus in usufructu, post cuius mortem alter sit vocatus ad proprietatem, dicatur hæres in totum ac pleno jure, ita ut alter post eius mortem vocatus, jure substituti potius censendus viamiat, vel potius talis institutus hæres usufructuarius haberi debeat jure legatarij, alter verò dicatur hæres in proprietate ab initio, cujus quaestio plures sunt effectus, ille præsertim, ac præcipuus caducationis, quod scilicet præmortuo illo, qui vocatus est post mortem instituti in usufructu, resularet caducatio suæ vocationis, si hæc in substitutionem obliquam, seu fideicommissariam resolvenda esset, secus a utem e converso; Ista verò quaestio, per judicium solutum ex ingenio motivare, excitata fuit ad effectum inspiciendi, an à simili id posset huic parti in aliquo suffragari, ut substitutus in usufructu dici posset substitutus in totum; Verùm quamvis ad ordinem deducerem plura quæ desuper habentur ad favorem usufructuarij, ut interim censi debeat jure hæredis pleno jure, per fideicommissum gravati restitui ere ei, qui post eius mortem vocatus est, deducendo ea, quæ pro ratione dubitandi pro hac opinione deducta habentur per Bellon. jun. de jur. accrescen. cap. 7. quest. 16. Capyc. Latr. consil. 112. Marcian. jun. disputat. 99. latè Rota abud Meylin. decis. 505. aliàs dec. 1.2. par. 6. rec.; Attamen considerabam inanem esse hanc inspectionem; Tum quia admissa etiã hac opinione, nullus erat eius effectus in casu, de quo agebatur, à quo verè dicta quaestio erat extranea; Tum etiã quia, ut aliàs in præcedentibus non semel insinuatum est, quicquid desuper in Scholis & Academijs in ratione disputativa in ista quaestione dici possit, in foro tamen ubique, præsertim verò in Rota & Curia, recepta est opinio, ut institutus hæres in usufructu, habeatur jure legatarij, alter verò post eius mortem vocatus dicatur hæres directus ab initio, ut apud proximè a legatas auctoritates & decisionis, ac habetur particulariter actum sub tit. de legitima & detractionibus in Imolen. prædij occasione agendi de detractione trebellianicæ, An competeret necne hujusmodi instituto in usufructu post cuius mortem alter sit institutus in proprietate, in qua causa, Rota occasione firmandi incompetentiam dictæ detractionis, hanc opinionem cum magna discussione firmavit ad eam certam, ut neque dici posset quaestio talis dubietatis, quod sufficeret ad substituendam transactionem desuper in initum ut ibi latius deductum habetur.